



Randleiste des Titelblattes der Reformatio von 1543.

I.

**PRAESTANTISSIMO DOMINO MAGISTRO
ANDREAE MELCZER GRAMMATICO CASSOVIENSI,
AMICO OBSERVANDO. 1533.**

Pax. Festo divi Ladislaj feliciter Varadinum perveni; per 5
Sixtiam iter fecimus, viam habuimus satis pacatam et tranquillam,
telonea quinque tantum. Ex Corona nemo adfuit in nundinis.
Clausenburgensem vectorem conduxī, qui postridiē huius diei,
quae erit Petri et Pauli, abiturus est; spero me gratia Dei in 10
omnibus voti compotem futurum. Comites duos ex Cassovia Trans-
sylvanos habui, quorum alter mecum in mediam Transylvaniam
proficiscetur. Domina Catarina omnem humanitatem mihi ex-
hibuit; aureum unum pro vectura et impensis eidem dedi,
quamvis plura petierit. Dominatio Vestra meo nomine ei gratias 15
agat et commendatam habeat. Si quid est, in quo Dominationi
Vestrae operam meam praestare possim, scriptis tantum significet
et diligenter curabitur. Varadienses Turcas timent, quos nonnulli
iam asserunt in Segedino esse. Episcopus cotidie semel atque 20
iterum hic proclamare facit, ut omnes qui arma ferre possunt,
quacumque hora necessitas postulaverit, in armis praesto sint, ni
faciant, gravissimam poenam exacturus. Praeterea nihil est novi,
quod a quoquam intellegere potui. Ista precor Dominatio Vestra
ceteris amicis nostris indicet, quoniam tempus vix patitur, me 25
pauca paucis scribere; si Deus requiem dederit ab his moles-
tissimis difficultatibus, non immemor ero officii mei. Litterae Domi-
nationis Vestrae mihi semper erunt venerabiles et gratissimae.
Dominum Andream Fridericum ludi magistrum ex me plurimum
Dominatio Vestra salvere iubeat et feliciter valeat. Ex Varadino.
Anno M. D. XXXIII.

Ioannes Honterus Coronensis. 30

II.

REVERENDO DOMINO ANTONIO WRANCIO
PRAEPOSITO ECCLESIAE ALBENSIS, DOMINO ET AMICO
OBSERVANDISSIMO.

5 Pax Christi. Reverende Domine! Commiseram superioribus
diebus domino Caspari Pesthiensi, ut libellum cosmographicum
Reverendae Dominationi Tuae meo nomine offerret; cuius nuper
pauca quidem exemplaria impressi, nondum tamen edidi. Nam
cum idoneis censoribus in patria destitutus essem, difficili erat
10 libellos toties descriptos diversis amicis castigandos mittere.
Cumque per alias occupationes mihi tum non satis licuerit a mendis
repurgare, nihilo minus tamen imprimendum curavi, quamvis vitiis
et erroribus (ut passim deprehendi) plus nimio scateat, ut scilicet
hac occasione ad manus eruditorum facilius perveniret, a quibus,
15 quae correctu digna essent, mihi subindicarentur. Quod si con-
tingerit huic operi extremam manum inponere, adiungam forma
enchiridii figuras chorographicas diversarum regionum, in quibus
excidendis iam prorsus sum occupatus. Nunc itaque quicquid
vitii aut erroris Reverenda Dominatio Tua in eo carmine depre-
20 henderit, etiam atque etiam obseero, ut id ipsum mihi aliquando
indicare dignetur. Quin et egregii domini Michaelis Vranj cen-
suram libentissime cognoscerem; stomachus meus iudicia doctissi-
morum virorum non fastidit. Dominum doctorem Paulum physicum,
compatrem meum carissimum, praesentium litterarum exhibitorem
25 Reverenda Dominatio Tua meo nomine commendatum habeat. Ex
eo quaecumque volet, Eadem copiosissime poterit cognoscere. Re-
verenda Dominatio Tua feliciter valeat. Ex Corona die circum-
cisionis domini anno salutis M. D. XLII.

Ioannes Honterus Coronensis m. p.

III.

Dem namhafftigen weyßen herrn Martino Wehß, Burgermeister in
der Hermentstat
meinem günstigen herrn und freund,

Gnad vnd frid von Christo vnserem herrn. Gunstiger weiser 5
herr, nachdem ich Ewr herichafft meinung vom herr Christiano
Statschreiber hab verstanden, hab ich mich sunderlich gefrewt, das der
allmechtig Gott seine gnad hat geben, zu verordnen ein zeit darynn
man eintrechtig von allen nötigen dingen, so die ehr Gottes vnd
vnser eigen selikeit betreffen, mög reden, den schedlichen spaltungen 10
der Cerimonien ein end zu machen, vnd alles auß grund der schrift
in eine gmein ordnung zubringen, Welches vnserm ganzen vatter-
land bey Gott dem allmechtigen zu grossen frid vnd gebenedeiung
wirdt dienen, Zu solchem Christlichen handel, hab ich, nach ewr herschaft
begern, souil als an mir gelegen, ganzwillig erbotten in eigner 15
person dahin zukommen, wo ich aber durch andere vrsach verhindert
wurde, meine meinung durch andere geleerte lewt ganz dahin zu schicken.
So nu aber die obersten bey vns, die darumb wissen, mir ettliche
vrsachen erzelet haben, vnd angezeigt das sie mich endtlich nit wolten
nach kundten lassen zihen, sunder wolten an mein stat andern erwelen, 20
welchen ich alle sach befelen solt, hab ich mich wider meine beste gunner,
herrn vnd freund nit willen einlegen, Das aber durch mein ab-
wejen kein hindernuß weiter geschehe, ist erwelt worden auß dem Rath
herr Valentinus Wagner, vnd der wirdig herr Mathias pfarher zu
Brendorff, ein besonder liebhaber der Christlicher warheit, welcher 25
meines Radts vnd willen ein vollkommen vnterricht allzeit eintrechtig
verstanden hat, vnd alles nit anders denn ich selbs, wirdt wissen an-
zubringen vnd veranttwurten. Was ich aber weiter dienen kan,
wirdt mich ewr herschaft allzeit ungespart finden &c.

Es hat mich auch herr Christianus Statschreiber in ewr her- 30
schafft namen gefragt, was ich doch kundt radten zu der erwelung eines
pfarhers in der Hermentstat, Wiewol vil frummen in ganz Syem-
burgen, auch wir lang gewünscht haben, das Gott ein gotsfürchtigen,
geleerten, fridsamen vnd verstendigen man dahin wolt geben, der nit
allein der Christlichen gemein in der Stat, sunder auch vil andern 35

im land in manchen sachen hilfflich vnd nutzlich kund sein, Doch
will ich meinn wenigen verstand ewr herrschafft mit verhalten, Ettliche
gelerte herrn in Sybemburgen sein mir durch hören vnd schreiben
einsteils bekindt; aber von irem fleiß, leben zc. hab ich keinen
5 grüntlichen verstand, Darumb hab ich befolen dem vorbestimpten
herrn Statschreiber, das er vberal gleich die selben mit dem namen
wolt begeren in die fegeuwertig besammlung, Da wurd man ettlicher
geschicklichkeit am besten können erfahren. Vnter den vnsern aber, wie
gelet sie sunst sein, weiß ich bey meiner gewissen, keinen, den ich
10 böglicher vnd gnugsamer schey zu solchem ampt, denn disen fege-
wertigen Herr Mathiam. Denn er ist gelert, vnverdroffen, fleißig vnd
getrew zc. wie ewr herrschafft weitter vom herr Valentino Wagner wirdt
kunnen erfahren, Mich dunckt endtlich; man wurd an disem herrn nit
felen, Sunder probier man alles fleißig, vnd erwele darnach auß
15 villem guten das beste, Vnser himlischer vater geb seinen geist vnd
gnade darzu, Amen. Was daruber wirdt sein, hab ich disen zween
Herrn verlassen zu reden, anzubringen, vnd mit der krafft gottes
helffen enden; Damit sey ewr herrschafft mit der ganzen gemein der
gnaden Gottes befolen. Geben zu Cron, Freitag nach Mathiac.
20 Im iar 1547.



Ioannes Honterus.

